

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Pro sitis temporalium rerum extinctione precatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Pro voluntatis propria abnegatione, precatio.

O Iesu amabilissime, qui perfectè voluntatem tuam in manus Patris tui cole-
dis, dum hora atrocissimæ moris tuæ instaret, radidisti dicens, *Pater non mea*, *sed tua voluntas fiat: dona mihi obsecro hanc gratiam, ut in omnibus pro-*
Matth. 26
priam meam possim voluntatem frangere, eamq; superiorum meorum iudicio ac
voluntati fine vlla exceptione subternere, atq; obedientiam sanctam operibus ex
proprio instinctu assumptis semper præterre: carnem quoq; & sensuales affectus vi-
riliter mortificare ac spiritui subdere, resignatum animum in omni rerum euentu
gerere, atque tuæ dominæ prouidentiæ & bonitati me totum, gne villa carnis recalci-
tratione semper & ubique quam fidelissime committere. Amen.

Pro fitis temporalium rerum extincione, precatio.

O Fons inexhausibilis pietatis Iesu Christe mellis hue, ardor flammæ charita-
tis tua, omnem in infernæ conuersationis fumum extinguat, omnemq; astutum
carnalium concupiscentiarum refrigeret, ut plenissimè te aquarum viuen-
tium fontem, ac bonorum omnium causam sitiam, proximorum meorum salutem
& profectum desiderem, atq; meipius despectionem & contemptum humiliter &
æquanimiter sufferre discam, Amen.

Contra omnem vanitatem & curiositatem sensuum, precatio.

O Superbenedictissime Domine Iesu CHRISTE, cùm tantum tamq; periculo-
sum sit vitium curiositas, ut perplures etiam electi tui per eam in immania
prolapsi sint, imò etiamnam probabantur peccata, rogo te per sanctissimam
immaculatissimam atque integerrimam tuam conuersationem, sensusq; ordinatissi-
mos & reformatissimos, ut misericorditer sensus meos vagos & curiosos, atq; ad
omnem vanitatem plus satis inclinatos, reformatre digneris, ac sub recte rationis
iudicium subigere, ne eorum vanissima curiositate deceptus, à te Deo ac Domino
meo abducatur.

Ah piissime Domine, dura illa vincula, quibus atrocissime nobilissima aq; te-
nerrima tua membra fuerunt colligata, cor meum ab omni inutili cogitationum
euagatione restringant, atque omnes sensus meos intra te arctissima disciplina cō-
seruent, ne aliud videam, audiam aut intelligam, quam dilectum Dominum Deum
meum. Amen.

*Resignatio animi efficax admodum, dum tentatio quævis mentem impugnans perse-
uerat, nec aliqua liberations spes supereft.*

B Enignissime Domine Iesu Christe, si tibi sic placet, ut abominabilis & immū-
dus ego peccator ab illis abominabilibus & immundis temptationibus con-
tra omnem rationem ac voluntatem meam impugner aut molester, fiat
voluntas tua. Tu scis quam indignus sum vel in minimo à reconciliari, & quam
in omnibus tibi semper infidelis sum, à te recedendo, euagando, & cum crea-
turis per inordinatum amorem à te fornicando: ideo immundis his trador pa-
tionibus. Itaq; in ynone resignationis tuæ, qua te Patri obtulisti ad passionem &

d 2 mortem.

